

LA PRIMERA PARTIDA.

tur quæ à solo Papa fieri consuevit; ibi enim evolvant, si in tali statu moriantur, ut et dictum est superius. Quid autem de indulgentiis, quæ conceduntur jam mortuis existentibus in Purgatorio, Host. ubi supra, versic. *ubi operatur*, dicit, quòd non prosunt illis, quia potestas clavium non extenditur ad tales, cum non sint de foro Ecclesie, sed de foro Dei: fatetur tamen, quòd elemosyna prodest defuncto, qui est in Purgatorio, non ex vi indulgentiæ, sed ex vi elemosynæ, sicut et alia suffragia ecclesiasticæ charitatis: vide ibi latius per eum, qui respondet ad aliqua, quæ contra hoc possunt obijci. Sanct. Thom. verò in *4. sententiar. dist. 43. de suffragiis mortuorum*, quæst. 2. artic. 3. dicit; indulgentias prodesse talibus defunctis, si continentur in tenore bullarum, dammodo faciat aliquis pro eis quod mandatur; et idem vult S. Thom. 3. par. quæst. 117. art. ult. et Luc. de Pen. in *1. jvæmus, C. de præp. sacri cubicul. lib. 12. Abulens. etiam Math. 16. q. 60.* latè attingit istum articulum, et vult, quòd si forma talis sit, ut possit extendi ad mortuos, obtinebunt ipsi indulgentias per actus viventium, ut si concedatur sic: Quicumque fecerit tale opus, ipse vel pater ejus, aut quicumque cognatorum suorum in Purgatorio detentorum, quem ipse elegerit, habebit tantum de indulgentia, cum nulla ratio est, quare Ecclesia possit transferre merita communia, quibus innituntur indulgentiæ, in vivos, et non in mortuos, quæ fuit ratio S. Thomæ, et aliorum: et tandem dicit Abulens. quòd licet aliqua difficultas appareat, tamen propter Ecclesie consuetudinem, quæ non errat, videtur hoc concedendum, et ibi respondet ad rationes tenentium contrarium, quæ sunt: Quia hoc dato, sequeretur quòd tunc possent liberari omnes, qui sunt in Purgatorio, quòd non videtur conveniens quia sic evacuetur ordinem punitionis à Deo institutæ, et quia sit dirigerentur indulgentiæ ad defunctos, et tamen Ecclesia non exercet super defuntos opus aliquod jurisdictionis, nam ad primam respondet: Quòd Papa non potest pro suo arbitrio liberare omnes existentes in Purgatorio, quia hoc esset super illos directam jurisdictionem exercere; et quia tales indulgentiæ numquam possunt concedi sine causa rationabili, ut omnes Doctores fatentur, et non occurrit (dicit ipse) in promptu talis causa, secundum quam fructus indulgentiarum concessarum viventibus, posset extendi ad omnes existentes in Purgatorio, cum quotidie tot animæ defunctorum illuc descendant; ideò non est in arbitrio Papæ evacuare Purgatorium. Sylvest. tamen *in summa*, in verbo *Papa*, versic. *6. quæritur*, dicit, quòd Papa non potest spoliare Purgatorium sua voluntate præcisè, sed mediante illo infinito thesauro; et sicut potest liberare à pœna peccatorum debita in hoc mundo omnes, qui sunt in mundo, si faciant quod mandat, etiam si essent millies pluries quàm sint, ita liberare potest omnes, qui sunt in Purgatorio, si quis pro eis faciat quod jubet; peccare tamen indiscretè concedendo, et in hoc casu dicit, quòd dicunt Doctores, quòd non potest ad libitum spoliare Purgatorium, bene tamen facit hanc gratiam visis: subdit Abulens. quòd ipsi possunt transferre has indulgentias, in quos voluerint, tam in vivos, quàm in defunctos; et ad secundum respondet, quòd Ecclesia non dirigit indulgentiam in defunctum, sed conceditur visis, à quibus interdum redundat in eos, si forma concessionis hoc exprimit, argum. *1. Corinth. 13. vers. aliquin*, 29.

LEY XLVII.—Del quarto Sacramento, que es el Sacrificio del Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo.

Perdona Dios sin dubda a los pecadores Christianos por los Sacramentos que resciben de Santa Iglesia, e avn sin esto les da gracia para fazer bien. Mas entre todos ellos el mayor (1) e mas santo es el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, que consagran en la Missa: ca si los otros Sacramentos ayudan al ome a ser salvo, este le da gracia de Dios, e tienele en buen Estado. E por esto muestra Santa Iglesia, que cosas deuen guardar los Clerigos en la Missa, quando la dixeren, de manera que sea dicha santamente. E porque la mayor fuerça es en la Consagracion del Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, ca todas las otras cosas que y cantan e dicen, son por honra desto; porque non la puede otro

Clerigo dezir, si non el que fuere ordenado de Missa (2), segund manda Santa Iglesia: e deuenla dezir a horas en horas contadas, assi como a hora de Tercia (3), e de Sexta (4), e de Nona (5). A hora de Tercia la deuen dezir en los dias de las fiestas. E a la Sexta, en los dias que lo non son. E a hora de Nona, en la Quaresma, e en la Vigilia de los Santos, que son de ayunar: e otrosi en las quatro Temporas, fueras en los sabados en que dan las Ordenes, o el Baptismo que fazen la Vigilia de Pascua mayor, o de Cinquesma; ca en estos dias, maguer sean de ayuno, pïeden la Missa començar ante hora de Nona, porque es el Officio grande que han de fazer en aquellos dias. E a estas horas deuen tañer la campana, quando la Missa quisieren dezir, porque lo sepan en el pueblo, e vengan a oyrla.

LEY XLVII.—Missa diebus festivis celebrari debet hora tertia, in non festivis hora sexta; in jejunio verò hora nona, die autem qua ordines celebrantur, et in baptismo Sabbati Sancti, in vigilia Resurrectionis, et Pentecostes, ob officii magnitudinem, potest presbyter circa nonam Missam incipere. Hoc dicit.

- (1) *El mayor*. Adde cap. *nihil*, de consecr. dist. 2.
- (2) *Ordenado de Missa*. Concord. cap. *firmiter*, §. *una verò*, de sum. *Trinit. et Fide Cathol. cap. perlectis*, 23. dist. et tenent Doct. Theologi in *4. sententiar. dist. 13.*
- (3) *De Tercia*. Vide cap. *nocte sancta*, et cap. *et hoc attendendum*, de consecr. dist. 1.
- (4) *E de sexta*. Vide Glos. in cap. *1.* in verbo *succurrere*, de celebr. *Miss. cap. solent*, de consecr. dist. 1.
- (5) *Nona*. In Quadragesima, et quatuor Temporibus, et vigiliis Sanctorum, 73. dist. cap. *quod à patribus*, et cap. *ordinationes*; et cap. *fin. 76. dist. de conser. dist. 1. cap. solent.*

LEY XLVIII.—Por que razon dizen la Missa en horas señaladas (a).

Horas ciertas establecieron los Santos Padres para dezir las Missas, e mostraron razones ciertas, por que deuia esto ser. E dixerón que a la Tercia la dizen, porque en tal hora pidieron los Judios a Pilato, que mandasse crucificar a nuestro Señor Jesu Christo, e fue entonces açotado: otrosi en tal hora vino el Spiritu Santo sobre los Apostoles el dia de Cinquesma. E a hora de Sexta la dizen, por que entonces fue puesto en la Cruz. E a hora de Nona la dizen, porque entonces en bio Jesu Christo el spiritu, estando en la Cruz, e estremeciose la tierra, e escurecío el Sol: e otrosi en tal hora estouo con sus Discipulos, el dia que subio à los Cielos. Pero como quier que estas oras sean señaladas, para cantarlas, bien pueden dezir otras Missas priuadas (1) ante destas oras, e despues fasta Nona. E esto, por las labores que han de hacer los omes, o por otras priessas que les acaescen, porque non pueden venir à estas razones sobredichas. E es derecho, que todo Christiano vea cada dia (2) el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, seyendo sano, e podiendolo fazer.

(a) En el código publicado por la Academia de la Historia, del cual hablamos en nuestra nota al proemio de este título, está designada esta ley con el número CIV, y desde este lugar principia el mismo código à estar conforme con el nuestro.

LEY XLVIII.—Hora tertia Missa celebratur, quia ea hora fuit à Judæis petiitum, ut Christus crucifigeretur, eademque hora Spiritus Sanctus die Pentecostes venit in Apostolos. Item dicitur hora sexta, quia tali hora fuit crucifixus. Item et nona hora, quia tali hora

Christus expiravit, cœlosque ascendit; aliis autem horis, usque ad horam nonam ad laborantium expeditionem possunt Missæ privatæ celebrari. Hoc dicit.

(1) *Missas priuadas*. Adde cap. *necesse*, de consecr. dist. 1. Advertet etiam, quòd de nocte non potest Missa celebrari, nisi in casu cap. *nocte sancta*, de consecr. dist. 1. et peccaret mortaliter aliam celebrans de nocte; potest tamen celebrari ab aurora; ex quo signa Solis orientis apparere incipiunt. Item poterit Episcopus in itinere positus ante diem celebrare, vel facere celebrari, Glos. in cap. *fin. de privil. lib. 6.* Item, et posset hoc fieri de licentia Episcopi necessitate instante, ut quia moritur infirmus, neque habetur Eucharia, et etiam poteri ex dispensatione Papæ, secundum Petrum de Palud. et alios Theologos.

(2) *Cada dia*. De consilio loquitur, de præcepto verò est diebus dominicis et aliis festivis, cap. *Missas*, de consecr. dist. 1. Episcopum verò decet, ut quotidie Missam audiat, cap. *fin. de privileg. lib. 6.*

LEY XLIX.—Que non deue dezir el Clerigo mas de vna Missa en el dia.

Cantar non deue ningun Clerigo mas de una Missa (1) en el dia, ca bienauenturado es, el que una puede dezir dignamente. Pero el dia de Naudad (2) bien puede el Clerigo cantar Missa tres vegadas. La vna a media noche. La otra, quando comiença a aluorescer (3). La otra, a ora de Tercia. E esto non lo establescio Santa Iglesia sin razon. Ca por la primera (4) Missa, que cantan de noche, se entiende el estado de los omes, que fue ante de la Ley, quando todos eran en tiniebla; onde dize la profecia (5) de aquella Missa: que los pueblos de las gentes, que andauan en tinieblas, vieron gran luz. E por la segunda que dizen a la luz o al alua, se muestra el tiempo, en que eran los omes so la Ley, que dio nuestro Señor Dios a Moysen, ca estonce començo auer conocencia de nuestro Señor Jesu Christo por los dichos de la Ley, e de los Profetas, pero non complidamente: e en tal signifiçança dizen la Missa entre el dia e la noche, e comiença el Officio della: Luz resplandescio oy. E por la que dizen a ora de Tercia, se entiende el tiempo de gracia, que es, quando vino nuestro Señor Jesu Christo, en que fueron las gentes alumbradas, e luego conocieron verdaderamente como era Dios e ome: e por eso comiença el Officio de la Missa: Niño nos es nascido, e hijo nos es dado.

LEY XLIX.—Non potest presbyter, nisi semel tantum in die celebrare, nisi in die Nativitatis Domini, ubi tres Missas celebrare potest. Hoc dicit.

- (1) *Una Missa*. Concord. cum cap. *sufficit*, de consecr. dist. 1. et cap. *consuluiti*, de celebrat. *Miss.* et vide quæ habentur in cap. *significatum*, de præbend. aliquando tamen licet sacerdoti dicere duas Missas, ut dicto cap. *consuluiti*, scilicet quando post Missam dictam occurrit defunctus, non sine Missa sepeliendus, ut quia sit se habet consuetudo loci: vel si deest Eucharia ad opus infirmorum, quod perpendit presbyter ante perfusionem, seu ablutionem manuum, et noviter sibi est nuntiata infirmitas parochiani: vel si supervenit Episcopus, quem non decet transire sine Missa, et non sit alius sacerdos, qui dicat: vel propter peregrinos venientes die festivo, vel quando propter raritatem presbyterorum, quis preest duabus Ecclesiis, secundum Hostien. et Joan. Andr. et Abb. post Glos. in dicto cap. *consuluiti*, qui text. innuit etiam de alia necessitate; et vide in l. sequenti.
- (2) *De Naudad*. Vide in dicto cap. *nocte sancta*, et cap. *consuluiti*, de celeb. *Miss.*
- (3) *A aluorescer*. Nota hoc, quia etiam nocte Nativitatis ante auroram non potest dici nisi tantum una Missa, et ita servat consuetudo.

(4) *De Naudad*. Vide in dicto cap. *nocte sancta*, et cap. *consuluiti*, de celeb. *Miss.*

(5) *A aluorescer*. Nota hoc, quia etiam nocte Nativitatis ante auroram non potest dici nisi tantum una Missa, et ita servat consuetudo.

(4) *La primera*. Prosequitur quæ dicit Glos. in dicto. cap. *consuluiti*.

(5) *Profecia*. Esaiaæ, cap. 9. v. 2.

LEY L.—Por quantas razones pueden los Clerigos dezir dos Missas en vn dia.

Dezir puede el Clerigo dos Missas (1) en vn dia, por otras razones, sin las que diximos en la ley ante desta. Esto seria (2), como si despues que la Missa fuesse dicha, muriesse alguno, que ouiessen de soterrar: o si le acaesciesse, que ouiessen de fazer Aniversario (3), o dezir Missa de Requiem por los muertos. O si despues que ouiessen dicho la Missa del dia (4), sobreuiñiese algun ome honrado, que la quisiesse oyr: assi como Rey, o Obispo, o otro Perlado, o algun rico ome, Señor de tierra (5). O si non ouiessen sagrado Corpus Domini para comulgar los enfermos, porque non muriesse alguno sin Comunion. O si nouios (6) quisiessem hacer sus bodas, e non ouiessen otro Clerigo que los velasse. Por qualquier destas razones puede el Clerigo dezir dos Missas en un dia. Pero si en la primera consumoio aquel vino, que echan sobre los dedos (7), quando los laua, despues que a recibido el Corpus Domini, non puede dezir despues la segunda Missa. Esto es porque non seria ya ayuno: ca por recibir la hostia e el vino, que es el Cuerpo e Sangre de Jesu Christo, quando es consagrado, non se desayuna el ome; e esto es, porque non es comer del cuerpo (8), mas del alma. E otrosi, el que cantare Missa, non la deue dezir solo (9), ante debe auer consigo un compañero, a lo menos, que le ayude.

LEY L.—Potest bis celebrari Missa, si post primam Missam moritur aliqui per clericum sepeliendus, aut si celebraturus est aniversarium, vel Missam pro defunctis, aut propter adventum Regis, Prælati, aut alterius magni Domini, vel si non servavit Eucharistiam pro infirmis, aut ob nuptias celebrandas, si alius celebrans non inveniatur, dum tamen in prima vinum effusum super digitos non consumpsit, per quod jejunium frangitur, sed per sanguinem et corpus Christi; ideò autem tunc secundo non potest celebrare, quia oportet quòd Missam celebrans sit jejunus. Hoc dicit cum sequenti.

- (1) *Dos Missas*. Quia secundum Petrum de Pal. extra noctem Nativitatis Domini, in aliis casibus, ubi propter necessitatem permittitur, non licet dicere plus quam duas Missas.
- (2) *Esto seria*. Adde supr. l. proxim. et quæ ibi dixi.
- (3) *Aniuersario*. Nota hoc, et sequitur ista lex Raym. in *summa*.
- (4) *Del dia*. Hoc dicit, nam si primam dixisset pro defunctis, non posset postea aliam celebrare de die, quia hoc habet consuetudo Ecclesie, et est ratio, quia à defunctis nullus regreditur, et ideò celebrata Missa defunctorum, non celebratur alia de die, sed omnes tendimus ad mortem; unde celebrata Missa diei, celebrari potest pro defunctis, secundum Joan. Andr. post Petrum, in cap. *consuluiti*, de celebrat. *Miss.* qui allegat probac consuetudine cap. *Ecclesiasticorum*, 11. dist.

(5) *De tierra*. Tene menti istam legem, quæ declarat, quæ dicitur magna persona, quæ supervenit, ut ejus intuitu possit iterum idem sacerdos celebrare, quod nota ad glos. in dict. cap. *consuluiti*, de celebrat. *Miss.* quòd satis videtur bonum dictum, quando talis persona superveniret in die festo; nam si in aliis diebus, ultra Reges, vel Episcopos, seu alios superiores prælatos, non videtur quòd procederet.

- (6) *Nouios*. Sequitur dicta Raym.
- (7) *Sobre los dedos*. Nota hoc, quia ut dicit Abb. in dict. cap. *consuluiti*, in hoc multi errant; nam etiam pro causa necessitatis non licet sacerdoti iterum celebrare, si prius recepit vinum purificationis, ut est textus in cap. *ex parte*, eod. tit. et dicit Abb. ibidem, hoc etiam habere locum infesto Nativitatis Domini. Nam si sacerdos accepit vinum purificationis, non potest dicere secundam Missam, ve



tertiam, quod et volunt Doct. in dicto cap. *ex parte, de celebr. Miss.* ubi dicit Host. quod vidit in hoc magno viros errare.

(8) *Del cuerpo.* Vide in cap. 1. et in cap. *liquido, de consecr.* dist. 2. et in cap. *in illo sacramento*, ead. distinc.

(9) *Solo.* Concordat cum cap. *hoc quoque statutum, de consecr.* dist. 1. ubi habetur, quod duo saltem debent esse presentes; sed secundum Host. unus sufficit, argum. cap. *quesivit, 1. respons. de verbor. signif.* et subditur statim in ista lege, quod in Missis privatis satis bene procedit, non in solemnibus, in quibus, videtur habere locum dict. cap. *hoc quoque*, et vult. S. Thom. 5. part. quæst. 85. art. 5. in fine.

LEY LI.—Como non deuen dexar los homes las Missas del dia por las priuadas.

Establecido fue en Santa Iglesia por los Santos Padres; que el Clerigo non diga mas de una Missa, si non en dias contados, e por razones ciertas, segund dicho es en la ley ante desta: e aquella deve ser del dia (1); assi como si fuesse Domingo, o quatro Temporas, o Quaresma, o otro dia, que aya proprio Officio, de esse deve dezir la Missa, quier sea fiesta, quier non. E por esto reprehende Santa Iglesia a algunos que por su voluntad (2) tienen por mejor de oyr otras, que estas sobredichas; assi como de la Trinidad, o de Santispiritus, o algunas otras, porque yerran e entiendenlo mal, pensando que es mejor de oyr estas Missas, que las otras que son establecidas por los Santos Padres. E non solamente reprehende Santa Iglesia a estos tales que an por costumbre de oyr estas Missas, mas aun a los que quieren cada dia oyr el Euangelio (3) de In principio erat Verbum, pensando que an mejoría de oyr este Euangelio, ante que otro.

## LEY LI.

(1) *Del dia.* Concordat cum cap. 2. *de celebrat. Miss.*

(2) *Por su voluntad.* Veluti, ut habeat meliores segetes, exponit Innoc. et Joan. Andr. et Abb. in dicto cap. 2. Quid autem de sacerdote, qui celebrat, ut Deus perdat aliquem? Dic quod conficit, ut notat Glos. 1. quæst. 1. in cap. *dictum*, in ultim. glos. sed deponi debet, ut in cap. *quicumque*, 26. quæst. 5. bene tamen permittitur, ubi sunt plures presbyteri, quod unus dicat Missam occurrentem de die, et alius ob devotionem suam, vel alterius, dicat Missam peculiarem, ut probatur in cap. *et hoc attendendum, de consecr.* dist. 1. Abb. in dict. cap. 2.

(3) *Euangelio.* Adde dict. cap. 2 ubi Joan. Andr. refert Abbatem antiquum ponentem de vetulis dicentibus ex superstitione quadam, quod audientes tale euangelium, non possent decedere tali die sine penitentia.

LEY LII.—Quantas cosas son menester en el Sacramento de nuestro Señor Jesu-Christo.

Consagrar non deve el Clerigo el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, quando dixere la Missa, a menos de auer estas tres cosas (1), pan, e vino, e agua. E este pan, a que llaman Hostia, deve ser fecho de farina de trigo (2), amasada tan solamente con agua (3), sin leuadura (4), e sin otro mezclamiento ninguno (5): e deveo fazer el Clerigo muy limpiamente. E non deve poner vino solo en el Caliz, mas con agua, e amos los deve y mezclar (6). E esto es (7), porque salio del costado de nuestro Señor Jesu Christo, quando le dieron con la lança, sangre e agua. E deve mas poner del vino (8), que del agua. E este pan mudase verdaderamente (9) en el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e el vino e

el agua en su Sangre, por el poder de Dios, e por las palabras Santas que dize el Clerigo, que dixo nuestro Señor Jesu Cristo en el dia Santo del Jueves de la Cena, quando tomo el pan e el vino, e dixo a los Apostoles: Este es mi Cuerpo, e la mi Sangre: e quando estas palabras dize el Clerigo, deve alzar la Hostia, que la vea el Pueblo; e estonce deuen todos fincar los hinojos (10) e alçar las manos a Dios, e decir assi: Adoro te Jesu Christo, e bendigo el tu Santo Nome, porque redemiste el mundo por el tu Cuerpo, e por la tu Sangre: o pueden decir otra oracion de aquellas, que suelen dezir en aquella sazón.

LEX LII.—Debet consecrari Corpus Domini, pane, vino, et aqua, et panis scilicet hostia debet esse de frumento cum aqua solum sine fermento mixta, et vinum primò, et postea aqua ponatur in calice mixta, quia ex latere Christi exivit sanguis et aqua. Et dicitur verbis, quæ Christus in die Cœnæ dixit, scilicet, *Hoc est Corpus meum*, etc. panis convertitur in carnem. Item, dicto, *Hic est Sanguis*, etc. vinum transubstantiatur in Christi sanguinem, virtute Dei et dicatorum verborum. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Adde cap. 1. et 2. et cap. *non oportet*, cum sequenti, *de consecr.* dist. 2.

(2) *De trigo.* Quid si quis conficiat de pane lolii? Host. in *summa, de consecr. Eccles. vel altar.* §. *et quando*, col. 1. refert, agricultores dixisse se expertos, de frumento nasci lolium, et è contra, ut innui dicit 36. dist. cap. *nasci*: ipse tamen dicit, quod non potest confici de lolio, allegat 1. in *ventionibus*, ff. *de contrahend. empt.* quæ tamen lex hoc probat; Glos. in cap. *in sacramento, de consecr.* dist. 2. dicit, quod non conficiatur de lolio, et approbat ibi Archid. quia mutavit naturam, et desit esse frumentum: S. Thom. 5. part. quæst. 75. art. 3. dicit, quod in hoc sacramento continetur Christus, qui se grano frumenti comparavit, ut habetur Joan. 12. v. 24. et sic panis triticeus est materia hujus sacramenti: et dicit ibi, quod si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt, sicut es grano seminato in malis terris nascitur siligo, ex tali frumento panis confectus potest esse materia hujus sacramenti; quod tamen videtur non habere locum, neque in hordeo, neque in spelta, neque in farre, quod inter omnia est grano tritici similis. Similitudo autem figuræ in talibus magis videtur significare propinquitatem, quàm identitatem speciei: unde ex talibus frumentis, quæ non possunt ex grano tritici generari, non potest confici panis, quæ sit debita materia hujus sacramenti; et idem vult S. Thom. in 4. *sentent.* dist. 11. quæst. 2. artic. 2. ad tertium.

(3) *Con agua.* Naturali scilicet, non rosacea, vel alia aqua artificiali, quia partes principales panis, qui est materia hujus sacramenti, sunt aqua naturalis et farina, ut tradit Archid. in *summa, de consecr.* dist. 2. refert S. Thom. ibi tamen refert alios dicere, quod est si farina misceatur aqua rosacea, et inde fiat panis seu hostia, posset confici in tali pane, quia aqua non remanet in pane; sed primum dicit post. S. Thom. esse probabilis.

(4) *Sin leuadura.* Querit Host. in *summa, de consecr. eccles. vel altar.* §. *et quando*, col. 1. quid si conficiat quis de fermento? Et respondet, quod nihil aget, secundum Hug. *de consecr.* dist. 2. cap. *in sacramento*, ubi Glos. juxta illud: *Non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis*: et subdit, quod Græci tamen tenent contrarium, sed debent sequi consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, alioqui de ovili non erunt, cap. *licet græcos*, §. *fin. de baptis. cap. solita*, §. *pen. de major. et obed.* et hoc in sacramentis ecclesiasticis præcipuè est cavendum, cap. *ad abolendam*, 1. respons. *de hæret.* Abb. tamen in cap. *litteras, de celebr. Miss.* dicit, Doctores et Theologos communiter tenere contrarium, imò, quod transubstantiatio fiat in pane fermentato; licet latini sic celebrantes graviter peccent, et sint puniendi: et vide per S. Thom. 5. part. quæst. 74. artic. 4.

(5) *Sin mezclamiento ninguno.* Qui si piper, vel alia species misceatur cum pane? Glos. in dicto cap. *in sacramento, de consecr.* dist. 2. dicit, quod solum id quod est frumentum, transubstantiatur.

(6) *Mezclar.* Concordat cum dict. cap. *in sacramento* et licet aqua omitteretur, consecratio ferret, cap. *Scriptura, de consecr.* dist. 2. peccaret tamen mortaliter, qui hoc scienter faceret: et vide cap. *in*

quadam, de celebrat. Miss. et S. Thom. 5. part. quæst. 74. art. 7.

(7) *Esto es.* Vide cap. 1. *de consecr.* dist. 2. cap. *in calicem.*

(8) *Mas poner del vino.* Adde cap. *pernitiosus, de celebrat. Miss.* et an in necessitate posset exprimi botrus in calice, et illud vinum consecrari, vide cap. cum omne, *de consecr.* dist. 2. quod sic: et debet vinum in quo conficitur, esse de vite, ut tradit S. Thom. 5. part. quæst. 74. artic. 5. et debet portari ad illas partes, in quibus vinum non habetur: vide eundem Sanctum Thom. in 4. *sententiar.* dist. 8. Sylvestr. in *summa*, in parte *Eucharistia*, 1. vers. *quòto queritur.*

(9) *Verdaderamente.* Vide cap. *firmiter, de summa Trin. et fide Chathol.* §. *una verò*, et Glos. *de consecr.* dist. 1. in *summa*, et cap. *cum Marthæ*, §. *quæstivisti, de celebr. Miss.* et S. Thom. 5. part. quæst. 75.

(10) *Fincar los hinojos.* Vide in cap. *sane, de celebr. Miss.* et ibi Glos. et Joan. Andr. de orationibus tunc dicendis.

LEY LIII.—Por que razon deuen ayuntar el agua e el vino en el Caliz.

Vino e agua deve el Clerigo mezclar en el Caliz, quando quiere consagrar el Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo, e esto es, por tal razon. Ca por el vino entiendo Santa Iglesia la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo, e por el agua entiendo el Pueblo de los Christianos. Onde ayuntada el agua con el vino, entienda-se (1), que se ayunta el Pueblo de los fieles Christianos a el, en creencia. E por esta razon, non deve facer el Clerigo este Sacramento a menos de vino, e agua. Ca si le ficesse con el vino, e non mezclasse y el agua, entenderse ya, que era nuestro Señor apartado del su Pueblo: o si el agua sola sin el vino, començaria el Pueblo de los Christianos a apartarse del. E por esso deuen facer el Sacrificio con agua, e con vino. Onde el Clerigo, que tal apartamiento como este fiziesse, faria muy grand yerro. E porende non deve ser osado de sacrificar despues el Cuerpo, e la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo, a menos de fazer ante grand penitencia de aquel yerro que fizo.

LEX LIII.—Per vinum in calice positum intelligitur sanguis Christi, per aquam Christiani, quorum mixione populus cum Christo intelligitur injungi: et ideo sine vino, et aqua non fit hoc sacrificium, neque debet presbyter eis separatim sacrificare, ne fideles videantur à Christo separati: ideo presbyter debet propter talem errorem gravem penitentiam agere. Hoc dicit.

(1) *Entiendese.* Adde cap. *cum omne, de consecr.* dist. 2. et dict. cap. *cum Marthæ*, §. *quæstivisti, de celebr. Miss.*

LEY LIV.—Aqui dice, por quien fue primero establecido este Sacrificio, en que via, e por que palabras.

Jesu Christo nuestro verdadero Dios, e ome, quando quiso recibir muerte por saluar el mundo, establecio este Sacrificio primeramente por sí mismo, el Jueves Santo de la Cena (1), quando ceno con sus Discipulos, e tomo el pan e el vino en las manos, e dioxoles assi: Este es el mi Cuerpo, e la mi Sangre, que por vos sera traydo, esto fazed en mi remembrança: e porende lo vso despues la Iglesia de fazer cada dia, por auer los omes perdon de sus pecados, que fazen continuamente. E aun sin estas palabras, que dixo el en aquel dia, auia dicho ante (2) a sus Discipulos: Yo soy el pan bivo, que descendi del Cielo, e el que comiere deste pan, bevira por siempre, e el pan que yo dare, es mi carne, por la vida del mundo.

LEY LIV.—Hoc sacramentum institutum fuit à Christo Deo in die

Cœnæ, per verba: *Hoc est Corpus meum*, et fit quotidie in remissionem peccatorum. Hoc dicit.

(1) *De la cena.* Math. 26. v. 26. et 27. et in Clem. *si Dominum, de reliq. et vent. sanct.* cap. *cum Marthæ, de celebr. Miss.* cap. *panis, de consecr.* dist. 2.

(2) *Dicho ante.* Joan. 6. v. 14.

LEY LV.—Por que razon faze el Clerigo la Hostia tres partes, despues que es sagrada.

Face tres partes el Clerigo de la Hostia, despues que es consagrada. E las dos dellas tiene en las manos, e la tercera echa en la Sangre, que consagro. E de las dos, que tiene en las manos, la una es (1), por dar gracias a Dios por los que son en el Parayso: la otra, por rogarle por los que son en el Purgatorio: la tercera, que mete en la Sangre, es por rogarle por los que son en este siglo, que les perdona Dios sus pecados.

LEX LV.—Post consecrationem Eucharistia partitur in tres partes, una mittitur in Christi sanguine consecrato, duabus in sacerdotis manibus remanentibus, significans per positam in calice quod rogat Deum pro vivis; et per unam detenturam in manu pro existentibus in Purgatorio, per aliam dat ei gratias pro existentibus in Paradyso. Hoc dicit.

(1) *La una es.* Adde Glos. in cap. *triforme, de consecr.* dist. 2.

LEY LVI.—De quales metales deuen ser fechos los calices, para fazer el Sacrificio.

Calices son llamados, vasos con que fazen el Sacrificio del Cuerpo de nuestro Señor Jesu Christo. E como quier, que en el comienço de la Fe vsaron los Santos Padres a facerlo en vaso de madero, e de vidrio, despues non lo tuuo por bien Santa Iglesia, que sacrificassen en ellos, por estas razones. Porque el Caliz de madero non es tan cerrado, como el otro de metal, e entrase en el aquello que y meten, e porende quedaria en el alguna parte de la Sangre de Jesu Christo, porquel Clerigo non la podria consumir complidamente, como devia. Nin otrosi non se podria bien lauar, sin que finese y alguna cosa. E aun tuuo por bien Santa Iglesia, que lo non fiziesen en vaso de vidrio, porque es flaco, e quebrantasse ligeramente: e poderse ya verter, de lo que en el estuuiesse. E por desuiar estos peligros, fue establecido, que non fiziesen el Sacrificio, si non en Calices de oro, o de plata (1): e esto, por honrra de nuestro Señor Jesu Christo, e de su Santo Cuerpo, e por apostura de Santa Iglesia: pero en las Iglesias pobres, que non podiesen auer tales Calices como estos, bien los pueden auer de estaño (2). E de ningun otro metal non se pueden, nin deuen fazer, sin non de alguno destes tres metales sobredichos. Ca si los fiziesen de fierro, ornescerse yan ayna, e non se podrian bien lauar. Nin los deuen fazer de cobre, nin de alambre, porque son metales que los que usan con ellos a beuer, danles voluntad a vomitar, lo que deve ser mucho guardado, que non acaezca al que recibe el Cuerpo e la Sangre de nuestro Señor Jesu Christo. Nin los deuen otrosi fazer de plomo, porque es negro en sí, e tñe siempre, e non se puede bien alimpiar.

LEX LVI.—Calix sacrificii non debet esse de ligno, vitro, cupro, latunno, ferro, aut plumbo, quia non posset de Christi sanguine sic perfectè mundus fieri propter æruginem ferri, et plumbum effice-